



Lib. 39
 25
 ut spacium
 anteriore tractauimus. locos. tempore. speciem. & quid quid
 illud humano sensu concipere poterit excedit. ipse extra omnia.
 & in omnibus. capiens uniuersa. & capiendus a nemine. non ac-
 cessu decessuue mutabilis. sed inuisibilis. incomprehensibilis.
 plenus. perfectus. & eternus. non aliunde quid sumens. sed ad id
 quod ita manet sibi ipse sufficiens. Hic ergo ingenitus. ante
 omne tempus ex se filium genuit. non ex aliqua subiacente ma-
 teria quia pro filium omnia non ex nihilo quia ex se filium. non ut
 partem. quia nihil indidit. demutabile aut uacuum est. non par-
 tem sui. uel diuisam. uel discessam. uel extensam. quia impassibi-
 lis & incorporeus deus est. Haec autem passionis & carnis sunt.
 & secundum apostolum. in christo inhabitat ~~omnis~~ ^{omnis} plenitudo
 diuinitatis corporelyter. sed incomprehensibiliter. inenarrabili-
 ter. ante omne tempus. & secula unigenitum. & his quae inge-
 nita in se erant procreauit. omne quod deus est. per caritatem atque
 uirtutem natiuitati eius imperans. ac sic ab ingenito. perfecto.
 aeternoque patre unigenitus. & perfectus. & aeternus est filius.
 Ea autem quae ei sunt secundum corpus. quod adsumpsit. bonita-
 tis eius ad salutem nostram uoluntas est. Non enim inuisibilis enim
 & incorporeus. & incomprehensibilis. utpote ab eo genitus. tan-
 tum in se materiae & humilitatis recepit. quantum in nobis erat
 uirtutis. ad intelligendum se & sentiendum. & contumendum.
 inbecillitatis potius obtemperans. quam de his in quibus
 erat ipse deficiens. Igitur perfecti patris. perfectus filius. &
 ingeni di unigenita progenies. qui ab eo qui habet omnia. ac-
 cepit omnia deus ad. spiritus aspectu. lumen alumine confidenter.
PATER IN PATRE. ET ECO IN PATRE. Qui autem spiritus pater. ita
 & filius spiritus. ut deus pater. ita & filius deus. ut lumen pater. ita & fi-
 lius lumen. Ex his ergo quae in patre sunt. Ita in quibus est fi-
 lius. id est ex toto patre. totus filius natus est. aliunde. quia nihil

defilio

xi

f

Joan. 14.